

## Forum Ecclesiasticum

In Quo Jus Canonicum Universum, Librorum Ac Titulorum Ordine Per  
Quæstiones Et Responsa, Tam Canonistarum Veterum & Recentiorum,  
quàm Legistarum, in iis, quæ Utrique Juri, Canonico Et Civili Communia  
Sunt, Authoritate stabilita, Methodo clara & facili explanantur

**Leuren, Peter**

**Moguntiae, 1719**

Quæst. 1051. An & qualiter Ecclesiasticæ personæ immunes sint à tributis  
merè personalibus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73957](#)

poterant, sic quoque eo finito ad id compelli pos-  
sunt, ut cum Abb. in cit. c. adversus. num. 3. § 8.  
Pirh. b. t. num. 91. idque, ut idem, extendendum,  
quod tales teneantur tam finito quam durante  
officio satisfacere, etiamcommoditas proveniens  
ex hoc eorum delicto non ipsis, sed universitati  
aut domino cesserit; ita, ut si non possint inducere  
universitatem vel dominum ad satisfaciendum, ipsi  
de suo teneantur satisfacere. Secundò, quod suc-  
cessores in officio imponentium istiusmodi contri-  
butiones seu collectas teneantur ad satisfaciendum  
vel ex communibus bonis communitatibus, vel indu-  
cendo ad satisfaciendum eos, quibus collectæ sunt  
applicatæ, non tamen tenentur ad satisfaciendum  
ex bonis propriis, cum non deliquerint, nec ali-  
quid ex dictis collectis perceperint aut usurpaver-  
int; adeoque si intra mentem non satisficerint  
ipsi excommunicationem non incurront. Nisi  
tamen hi successores in officio sint quoque hære-  
des antecessorū qui collectam imposuit; tunc enim  
tenebuntur satisfacere Ecclesia, qua ex inde da-  
minum pasti. Ita Suar. de censib. d. 21. f. 2. n. 101.  
in fine. Barbos. in c. adversus. num. 5.  
Pirh. l. c.

2. Resp. ad tertium à dictis pœnis excommu-  
nicationis & interdicti extra articulum mortis  
nemo absolvere potest, nisi summus Pontifex aut

alius de illius speciali licentia; non obstantibus  
quibuscumque privilegiis, sub quibuscumque for-  
mulis seu clausulis concessis etiam Imperatoribus  
ac regibus. Et quidem non nisi prius facta satis-  
factione aut præstata super ea facienda cautione &  
promissione feria de istiusmodi imposterum non  
attendantis, ita ut absolutione ab alio vel altera facia-  
tur, non tantum nulla, sed & graviter peccaminosa,  
pro ut hæc statuuntur in Bulla cœna §. 21. & 22.  
contra quod, si dicatur dictam Bullam non esse  
ubique receptam aut promulgatam, bene respon-  
deret eo dato, non concesso, certum esse, quod à  
peccaminosa transgressione ac pœna SS. canonum  
& constitutionum Apostolicarum pro immunitate  
Ecclesiastica editarum (inter quas est maxime  
Bulla cœna) prætextus legis non receperat aut pro-  
mulgata nullus excusat, pro ut dicitur in Bulla  
Urban. VIII. Romanus Pontifex hisce formalibus:  
etiam sub prætextu, quod Bullæ seu constituti-  
onibus Apostolicis non fuerint publicata, vel uis re-  
cepta aut contraria non abrogata. Ac proinde Bulla  
cœna etiam in provinciis ubi promulgata non  
esset, quod ad ea, qua in ea pro immunitate  
Ecclesiastica reali & personali statuuntur, cer-  
tissimè obliget & vim habeat Reiffenst. b. t.  
num. 290.

## C A P U T IV.

### De immunitate pure personali Ecclesiasticorum.

**Quæst. 1051.** an & qualiter Ecclesiastice  
personæ immunes sint à tributis mere  
personalibus?

**R**esp. sunt immunes à tributis mere perso-  
nalibus sive qua in capita juxta perso-  
narum numerum sine respectu ad bona  
imponuntur, & capitaciones dicuntur,  
ut constat ex utroque iure ac præsertim canonico,  
dum in variis ejus decretis supra allegatis sit spe-  
cialis mentio de immunitate personarum Ecclesi-  
asticarum à collectis & exactiōibus; & quidem  
quibuscumque, tum etiam, quia nemo tributum  
personale imponere potest nisi persone libi sub-  
jectæ, quales non sunt clerici respectu Magistratum  
ſecularium, adeoque etiam ratione status sui,  
vi cuius roti dedicati sunt cultui divino & mini-  
ſteriis ſpiritualibus, adeoque incapaces ad lucran-  
dum quid temporale, unde tributum illud tolvant,  
vel si tale quid acquirant, id non lucri temporalis  
habeat rationem, sed tanquam congrua ſumentia  
reputetur, jure naturali eos exemptos esse ab hu-  
ijsmodi tributis personalibus, ait Pirh. l. c.

**Quæst. 1052.** à quibus oneribus seu adi-  
onibus exercendis per se vel alios no-  
mine ſuo, immunes ſint Ecclesiastici  
ratione ſtatus ſui?

**R**esp. tales ſunt ferè ſequentes, ad quas com-  
pellī à potestate ſeculari non poſſunt Cle-  
rici. Primo actiones ſordidae ac viles, dedecentes  
Clericos & ſtatum Ecclesiasticum v.g. purgandi ſta-  
bulum, mundandi cloacam, atenam effodiendi, com-  
protandi clementia conſtruentibus ædificia, & ſimiles,  
de quibus in l. maximarum c. de excusat, munera.

K. P. Leur. Jur. Can. Lib. III.

ad quas non tantum obligari non poſſunt ab alio,  
led etiam ſponte eas in le luſcipere non poſſunt,  
utpote valde indecora ſtati & dignitati eorum,  
unde etiam juxta ius civile l. placet, c. de SS. Eccles.  
l. 2. c. de Episc. & Cler. ab iis immunes ſunt,  
quinimo & juxta cit. l. 2. & c. generaliter, c.  
juxta ſanctionem. & c. placet. 16. qn. 1. eorum  
familia & domesti, etiam mancipia, ut Delb. c. 3.  
du. 10. n. 1.

2. Secundò immunes ſunt ab angariis & per-  
angariis juxta c. non minus. & auth. item nulla c.  
de Episc. & Clericis. & L. presbyteros. c. eod:  
idque live Angariæ ſuantur pro obsequiis per-  
sonalibus prætitis propriis ſumptibus. & peran-  
gariae pro ſervitiis exhibitis alienis ſumptibus;  
live ſuantur Angariæ pro operis pure perona-  
libus live impendiis rerum & perangariæ pro ope-  
ris perona impendiis ejusdem exhibitis, ita ut fin  
minus ſeu onus mixtum. ut cum Sylv. v. immu-  
nitatis l. q. 4. num. 16. & Abb. in c. non minus n. 10.  
& communi Pirh. b. t. num. 82. Teneantur tamen  
Clerici ad angarias & perangarias ſimilesque præ-  
ſtationes qua ab antiquo ratione fundi vel con-  
tractus censualis debentur. ut cum Laym. l. c.  
c. 6. n. 6. Pirh. l. c.

3. Tertiò ab oneribus quibusdam personaliter  
exhibendis non quidem in honestis, minus tamen  
convenientibus ſtati eorum & avocantibus ab  
officiis diuinis, ſic immunes ſunt ab agendis vigiliis  
(intellige etiam per ſubſtitutum) item à cultu  
mutorum civitatis juxta c. reprekenſibilis. 23.  
q. 8. niſi tamen adſit magna neceſſitas defendendi  
civitatem ad hoſtibus infidelibus, vel etiam fideli-  
bus, ita ut ſine clericorum ope non poſſint com-  
modè cuſtodiſi per ſolos laicos ut juxta c. pervenit.  
b. 1. Abb. ibid. n. 6. ad quod tamen, ut Idem,

D d d d

com-